

- V. 756. Dicit quod non sit aliquis in mundo qui melius faciat fovere causas quam M. H. et quod nesciat succumbere sed semper triumphare.
- V. 766. Dicit quod missus fuit sibi equus et nova vestis et lete fuit susceptus.
- V. 772. Dicit qualiter ivit ad causas et exprimit gestus suos.
- V. 776. Hic M. H. petit exhiberi sibi acta quomodo processum fuerit.
- V. 784. Hic dicit quomodo pars altera ferrita fuit ex auditu M. H. ita quod nihil scivit dicere.
- V. 788. Dicit quod impositum fuit M. H. quod ipse fecisset collocutionem cum parte altera et quod vellet tradere partem quam foverat. super hoc auctor multum excusat eum.
- V. 803. Dicit quod M. H. fuit vocatus ad regem Ungarie qui dimiserat uxorem et voluit mittere ad papam pro dispensatione quod licitum esset ei aliam accipere quod hoc posset fieri ostendit per multa argumenta.
- V. 825. (Wie im Texte S. 35.)
- V. 832. In medio quadragesime legitur epistola quomodo Abraham duos filios de duabus uxoribus quomodo generassent (sic).
- V. 839. Dicit deretum. Loth ebrius cum duabus filiabus suis contulit.
- V. 843. Legitur etiam multas habuisse uxores in ovio (Ovidio) magno.
- V. 847. Rex Boemorum etiam dicitur impetrasse a papa quod indultum ei fuit dimittere uxorem suam pro eo quod esset sterilis et accepit aliam.
- V. 858. Quod Lachesis :
 Tres dee fatales que ducunt fila sorores.
 Cloto colum bajulat Lachesis trahit Atropos secat.
- V. 855. Dicit de tribus sororibus quarum una aspirat ad mortem M. H. que jam sibi imminet.
- V. 865. Versus de morte M. H. que videtur sibi esse propinqua.
- V. 886. Dicit quod M. H. potest timere quod forte clerus revocet ad memoriam hoc quod ipse fecit et confundit eum in posterum.
- V. 901. Ad cavendum futurum malum providit auctor M. H. in quibusdam versiculis qui debebant scribi super sepulchrum gimel i. e. lamentum sicut patet in Jeremia.
- V. 909. Aliquis posset dicere quare est vivus sepultus, ad hoc respondet, quod consilium est juris ut aliqua fient ad cautelam.